Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 697
Quelle:
Copyright:

p. 2. *Sermo ſancti aug. ep. In natale ſanctorum machabeorum.* Init: *Euangelium, et uerbum dei uiuum, medullas animę penetrans. et cardinem cordis inquirens. ſalubriter profertur omnibus nobis. nec quenquam palpat. ſi ſe homo non palpet. Ecce propoſitum eſt nobis uelut ſpeculum. in quo nos omnes aſpiciamus* &c. Finit prolixus: *Tanto enim erit maius gaudium. quanto magna modo triſtitia.* Sermo notabilis habitus *Bullae Regiae* ab *Auguſtino* in tranſitu rogato contra Theatra et Mimos. Inter alia *Bullenſibus* proponit vicinam civitatem *Simittum. Legatus uoluit ibi agere huiusmodi turpitudines. Nullus principalis, nullus plebeius intrauit. Nullus iudeus intrauit.* &c. Et prius: *Dicitis fortaſſe. Bene uos ab iſtis abſtinetis. qui clerici eſtis. qui epiſcopi eſtis. non autem nos layci. Itanc uero. hęc uox uobis iuſta uidetur? Quid enim ſumus nos, ſi peritis uos?* Aegre calamum retraho.

Alius eiusdem in natale plurimorum martyrum de eo quod in euangelio dominus dicit. Si quis uult poſt me uenire neget ſeipſum. Cap. XXXVIII. Inſcriptio *fol.* 43. *In natale plur. Mart. Sermo ſancti aug. ep.* Init: *Beatorum ſollempnitas martyrum et expectatio* &c. Edit. *Maur.* T. V. Sermo 330.

Alius eiusdem de uerſu pſalmi beatus uir quem tu erudieris domine. et maxime de eo quod dicit apoſtolus. cum enim eſſemus in carne, paſſiones peccatorum que per legem ſunt operabantur in membris noſtris ut fructum ferrent morti. contra manicheos et pelagianos. Cap. XXXIX. Inſcriptio *fol.* 44. *Sermo ſancti aug. ep.* Init: *Audiuimus concorditerque reſpondimus* &c. Edit. *Maur.* T. *cit.* Sermo 153. Abrumpitur in *Codice* in his verbis: *quia mortuum eſt dixit, abſconditum latet: non ap* — Excidit nempe folium unum.

Alius eiusdem de originali peccato. et de lectione apoſtoli. Quid ergo dicemus? lex peccatum eſt? abſit &c. contra pelagianos. Cap. XL. Incipit *fol.* 47. ἀκέφαλος ut dixi: *tuorum neque nubent neque uxores ducent. Non enim incipient mori* &c. Edit. *Maur.* T. *cit.* Sermo 154.

Alius eiusdem de lectione apoſtoli ad romanos. ab eo loco ubi dicit. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi dei. carne autem legi peccati. contra pelagianos. Cap. XLI. Inſcriptio *fol.* 49. *Item Sermo ſancti aug. ep.* Init: *Heſterna lectio ſancti apoſtoli eo usque* &c. Edit. *Maur.* T. *cit.* Sermo 155.

Alius eiusdem de lectione apoſtoli ubi dicit. ergo fratres debitores ſumus. non carni ut ſecundum carnem uiuamus. contra pelagianos et philoſophos ſtoicos et epicureos. Cap. XLII. Inſcriptio *fol.* 52. p. 2. *Item ſermo ſancti aug. ep.* Init: *Uerbi dei altitudo exercet ſtudium* &c. Edit. *Maur.* T. *cit.* Sermo 156.

Sermo eiusdem de lectione apoſtoli. Humanus ſermo et omni acceptione &c. *contra pelagianos neſtorianos et eutichianos. Cap.* XLIII. Inſcriptio *fol.* 55. *Sermo ſancti*